

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## M. Tvllii Ciceronis Opera Omnia

Cicero, Marcus Tullius

Basileæ, MDCLXXXII

Liber secundus: De tolerando dolore

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1133](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1133)

horribilem illum diem aliis, nobis fastum putemus, nihil quæ in malis ducamus, quod sit vel à diu immortalibus, vel à natura parente omnium constitutum, non enim temerè, nec fortuito facti, & creati sumus, sed profectò fuit quædam vis, quæ generi consulere humano: nec id gigneret, aut aleret, 1. quod, cum exiret, vellet omnes labores, tum incidere in mortis malum sempiternum: 2. portum potius paratum nobis, & per fugium putemus, quo urinam velis passis pervehi liceat, sin resiantibus ventis rejiciemur, tamen

paullo tardius referamur necesse est. Quod autem quonibus necesse est, id ne miserum esse uni potest? Habes epilogum, ne quid prætermisum, aut relictum putes. A. Ego verò, & quidem fecit etiam iste me epilogus firmiorem. M. Optimè inquam, sed nunc quidam validudini tribuamus aliquid, cras autem, & quot dies erimus in Tusculano, agamus hæc, & ea potissimum, quæ levationem habeant ægritudinum, formidinum, cupiditatum, 3. qui omni è philosophia est fructus uberrimus,

1. Quod cum exiret, vellet omnes labores. Ita quinquæ pall. etiam Non. vulg. exant. scripsit D. d. d. ut scripsimus legendum docuit Mur. porro codex P. it. exant. scripsit, quod si prescripsit litterarum ductum timeris, eodem recidit tamen evoluit Gul. exsudar. scripsit.

2. Portum potius paratum nobis. Et per fugium putemus. Ita o. omnino editi, & libri vet. Vi. & tamen pres. gum.

3. Qui omni è philosophia est fructus uberrimus. V. Et ed. hanc lectionem habet. pall. tamen tres cum Fab. Vi. qui in mai. phi. scripsi. quart. quinquæ. omittunt præpositionem: quart. amplius phi. scripsit: unde proclive legitur: qui omni philosophia est fructus uberrimus. quam lectionem postea omnibus apicibus inventi in vat. exscriptis.

M. TVLLII CICERONIS  
TVSCVLANARVM QVÆSTIONVM,  
AD  
M. BRVTVM,  
LIBER SECVNDVS.  
DE  
TOLERANDO DOLORE.

**N**EOPTOLEMVS quidem apud Ennium philosophari sibi: aut necesse esse, sed paucis: nam omnino haud placere, ego, autem Brute, necesse mihi quidem esse arbitror philosophari: nam quid possim, præteritum nihil agens, agere melius? sed non paucis, ut ille, difficile est enim, in philosophia paucis esse ei nota, cui non sint aut pleraque, aut omnia, nam nec paucis, nisi è multis, eligi possunt: 1. nec, qui paucis perceperit, non idem reliqua eodem studio persequetur, sed in vita tamen occupata, atque, ut Neoptolemitum erat, militari, pauca ipsa multum saepe proficiunt, & ferunt fructus, 2. si non tantos, quanti ex universa philosophia percipi possunt; tamen eos, quibus aliqua ex parte interdum aut cupiditate, aut ægritudine, aut metu liberemur: velut ex ea disputatione, quæ mihi nuper habita est in Tusculano, magna videbatur mortis effecta contentio: quæ non minimè valet ad animum metu liberandum, nam qui id, quod vitari non potest, meruit, is vivere animo quieto nullo modo potest, sed qui, non modò quia necesse est mori, verum etiam quia nihil habet mors, quod sit horrendum, mortem non timet,

magnum, is sibi præsidium ad beatam vitam comparat, quamquam non sumus ignari, multos studiosè contra esse dicturos, quod vitare nullo modo potuimus: nisi nihil omnino scriberemus, etenim si orationes, quas nos multitudinis iudicio probari volebamus, popularis est enim illa facultas, & effectus eloquentiæ est audientium approbatio, sed si reperiebantur nonnulli, qui nihil laudarent, nisi quod se imitari posse confiderent, quem que sperandi sibi, eundem, & bene dicendi finem proponerent, & cum obruerentur copia lententiarum, atque verborum, se junctam, & famem se malle quàm ubertatem, & copiam dicerent, 3. unde erat exortum genus Atticorum, iis ipsis, qui id sequi se profitebantur, ignotum: qui iam conticere, parè ab ipso foro irrisi: quid futurum puta mus, cum, ad iurore populo, quod utebantur antea, nunc minimè nos uti posse videamus? est enim philosophia paucis contenta iudicibus, multitudinem consilio ipsa fugiens, etque ipsi & suspecta, & inuisa: ut vel, si quis universam velit vituperare, secundo id populo facere possit: vel, si in eam, quam nos maximè sequimur, conetur invadere, magna habere possit auxilia à reliquorum philosophorum disciplinis, nos autem universæ philosophiæ vituperatoriibus respondimus in Hortensio, Pro Academia autem.

1. Et qui paucis perceperit. Retinui Vi. & lectionem, consensum Fab. pall. sec. rest. quart. Var. trahentem, vulg. perceperit.

2. Si non tantos, quanti. Ex. lib. non. M. I. p. 20. & Vi. & sed non, & c.

3. Magna habere possit auxilia à reliquorum. Phil. & phorum disciplinis. Secut. sumus Turn. l. X. c. 8. item Lamb. præpositionem à inferentes, quibus sociatissimum in partem concessam Fab. cod. præferens.

autem, & quæ dicenda essent, satis accurate in Academicis quatuor libris explicata arbitramur: sed tamen tantum adest, ut scribi contra nos nolimus, ut id etiam maxime optemus: in ipsa enim Græca philosophia tanto in honorem nunquam fuisse, nisi ad Aristoteli innotuissent, de sensibusque argui solent. quomobrem horror omneis, qui facere id possunt, ut huius quoque generis laudem jam languenti Græciæ eripiant, & perferant in hanc urbem, licet reliquas omneis, quæ quidem erant expectandæ, studio atque industria sua majores nostri transfulerunt. Atque oratorum quidem laus dulta ab humilibus, venit ad summum, & ut jam, quod natura fert in omnibus ferè rebus, seruetur, brevisque tempore ad nihilum ventura videatur. philosophia nascatur Latinis quidem litteris ætate temporibus, eamque nos eduximus: nosque ipsos redargui, resellique patiamur, quod si ferunt animo iniquo, qui certis quibusdam, destinatiq; sententiis quasi additi, & consecrati sunt, easque necessitate constricti, ut etiam quæ non probare soleant, ea cogantur constanti causa defendere. nos, qui legimus probabilis, nec ultra ad, quam, quod verissime occurrit, progredi possumus, & resellere lineæ perusita, & reselli lineæ iracundia parati sumus. Quod si hæc studia tradita erant ad nos, ne bibliothecis quidem Græcis egebimus, in quibus multitudine infinita librorum propter eorum esse multitudinem, qui scripserunt: eadem enim dicuntur à multis: ex quo libri omnia respiciunt, quod accidit etiam nostris, & si ad hæc studia plures confuserint, sed eos, si possumus, excitemus, qui liberaliter erudit, adhibita etiam differendi elegantia, ratione & via philosophantur, et enim quoddam genus eorum, qui se philosophos appellari volunt, quorum dicuntur esse Latini sanè multi libri: quos non contemno equidem, quippe quos nunquam legerim: sed quia profitentur ipsi illi, qui eos scribunt, se neque distincte, neque distribute, neque eleganter, neque ornate scribere: *lectio nam sine ulla delectatione negligo: quid enim dicant, & quid sentiant, qui sunt ab ea disciplina, nemo mediocriter quidem doctus ignorat. quomobrem, quoniam, quemadmodum dicant, ipsi non laborant: cur legendi sint, nisi ipsi inter se, qui idem sentiant, non intelligo. nam, ut Platonem reliquosque Socraticos, & deinceps eos, qui ab his profecti sunt, legunt omnes, etiam qui illa aut non approbant, aut non studiosissime confectantur: Epicurum autem, & Metrodorum non ferè præter suos quisquam in manus sumit, sic hos Latinos si soli legunt, qui illa rectè dici putant. nobis autem videtur, quidquid scriptum mandatur, & id commendare omnium eruditum lecturam decere, nec, si ipsi minus consequi possumus, iccirco minus id ita faciendum esse sentimus. Itaque mihi semper Peripateticorum, Academicæque consuetudo, de omnibus rebus in contrarias partes differenti, non ob eam causam solùm placuit, quod aliter non posset, quid in unaquaque re verisimile esset, inveniri: sed etiam quod esset ea maxima dicendi exercitatio: qua princeps usus Aristoteles: deinde eum qui secuti sunt. nostra autem memoria Philo, quem nos frequenter audivimus, instituit alio tempore*

rethorum præcepta tradere, alio philosophorum, ad quæ nos consuetudinem à familiaribus nostris adducti, in Tusculano, quod datum est temporis nobis, in eo consumimus. Itaque cum ante meridiem didioni operam dedissemus, sicut pridie feceramus: post meridiem in Academicam descendimus. in qua disputationem habitam non quasi errantes exponimus, sed eisdem ferè verbis, ut actum, disputatumque est. Est igitur ambulans ad hunc modum sermo ille nobis institutus, & à tali quodam inductus exordio. A. DICI NON POTEST, quam sim hæsterna disputatione tua delectatus, vel potius adjectus, est enim mihi sum conficius; nunquam me nimis cupidum fuisse vitæ, tamen 7 obiciebatur interdum animo metus quidam, & dolor, cogitanti, fore aliquando finem huius lucis, & amissionem omnium vitæ commodorum. hoc genere molestia sic, mihi crede, sum liberatus, ut nihil minus curandum putem. M. Minime mirum id quidem, nam efficit hoc philosophia: medetur animis: inanens sollicitudines detrahit, cupiditatibus liberat; pellit timores. sed hæc ejus vis non idem potest apud omneis: tum valet multum, cum est idoneam complexa naturam; FOX 7 115 enim non modo fortuna adjuvat, ut est in vetere proverbio, sed multo magis ratio, quæ quibusdam quasi præceptis confirmat vim fortitudinis. 10 natura excellentem quandam videlicet, & aliam, & humana dissidentem genitæ, & itaque facile in animo forti contra mortem habita insedit oratio. sed hæc eadem num censet apud eos ipsos valere, nisi admodum paucos, à quibus inventa, disputata, concripta sunt? quotus enim quisque philosophorum invenitur, quæ sit ita moratus, ita animo, ac vita constitutus. ut ratio postulat? qui disciplinam suam, non ostentationem scientiæ, sed legem vitæ putet? qui obtemperet ipse sibi, & decretis suis pareat? videre licet alios tanta levitate, & jactatione, ut fuerit non didicisse melius: alios pecuniæ cupidos, gloriæ nonnullos, multos libidinum servos: ut eorum vita mirabiliter pugnet oratio, quod quidem mihi videtur esse turpissimum. Ut enim, si grammaticum se professus quisquam, barbarè loquatur, aut si absurdè conat is, qui se haberi velit musicum, hoc turpius sit, quod in eo ipso peccet, cujus proficitur scientiam: sic philosophus in ratione vita peccans, hoc turpius est, quod in officio, cuius magister esse vult, fallitur, autemque vitæ professus, delinquit in vita. A. Nonne verendum igitur, si est ita, ut dicis, ne philosophiam falsa gloria exornet? quod est enim majus argumentum, nihil eam prodesse, quam quosdam perfectos philosophos turpiter vivere? M. Nullum verò id quidem argumentum est. nam ut agri non omnes frugiferi sunt, qui coluntur, 10 falsumque illud, ac 11 improbè,

*Est in fetem suam detorem data*

*Fruges, tamen ipsa suapte natura erunt:*

sic animi non omnes culti fructum ferunt. atque, ut in eodem simili verter, ut ager, quamvis fertilis, sine cultura fructuosus esse non potest, sic sine doctrina animus. 12 ita est utraque res sine altera debilis. cultura autem animi, philosophia est. 13 hæc extrahit vitæ radicibus, & præparat

Cccc 2

animos

1. Quæ dicitur esse. Ita quinq; pall. vic. Var. Vit. v. l. g. erant.  
 2. Exprestant in hanc urbem. pall. præter Fab. præstant. pal. quart. præstant. & excerpta Vir. cod.  
 3. Ut jam quod ante se in verbis ferè rebus sentent. pall. quinq; que, Vir. in quod nante omnibus ferè sentent. rebus. & ut. vocem postremam arbitror gloss.  
 4. Ad hæc studia plures confuserint. pal. quart. confuserint. ut intelligat quod paullo ante dicitur, philosophiam in consuetudine, & differentiis, & in quædam se magnum esse: sed tunc ex noto errare. i. pro u.  
 5. Non ferè præter suos quisquam in manus sumit. Ita omnes libri m. cum Turen. & Lamb. videtur. cum in manus sumit.  
 6. Ita commendare omnium eruditum lecturam decere. Ita Turen. cui assentitur. For. m. s. sic. pall. quart. v. l. g. lecturam. ceterum pro dicitur. ver. cod. dicitur. ut est quoque in pal. pal. quint. in per à manu prima dicitur. tunc quart. dicitur.  
 7. Obiciebatur interdum animo metus quidam. & dicitur cog. tantum. placet m. h. lectio pall. quart. & vic. cog. tantum.

8. In ager fuerit in animo ferè quædam notum habita insedit oratio. Cum pal. præ amandem illud habita in Chatoniam.  
 9. Quam quisdam perfectos philosophos. Multis disputari de hæc lectio. ne in Crepundis, copulique quod verisimum omnino est, ex pal. sec. quidam perfectos philosophos: sed quia nullus præterea telus loacederet, timidus fur hoc in lect. onem ducere.  
 10. Falsumque illud de improbè. Non es frons mihi est morate hanc lect. onem contra omnes lib. neque damno Lamb. falsique illud & illud ac in. esse Mur. amen Var. l. xv. c. 20 falsumque illud Astri.  
 11. Probè est. Nulli invenit, est tamen omnibus coloribus bel. um.  
 12. Ita est utraque res sine altera debilis. J. J. Elic illud una ante res, consensu ven. cod. pal. per tert. quart. quinq; vic. Fab. denique ex ed. Victor. Var.  
 13. Hæc extrahit vitæ radicibus. Ita Lamb. faver. ubi Fab. m. s. Soff. Var. Vit. pall. quart. quint. res. priores. hæc autem extrahit, v. l. g. quæ extrahit. i. Equo

animos ad satius accipiendos, & eaque mandat his, & ut  
 ita dicam, feris, qui adulta fructus uberrimos ferant. A  
 gamus igitur, ut carpimus. dic, si vis, de quo disputari  
 velis. A. DOLORUM existimo maximum malorum o-  
 mnium. M. Etiamne majus, quam dedecus? A. Non  
 audeo id dicere quidem, & me pudet tam cito de senten-  
 tia esse definitum. M. Magis esset pudendum, si in senten-  
 tia permaneres, quid enim minus est dignum, quam tibi  
 pejus quidquam videri dedecore, flagitio, turpitudine?  
 quare ut effugias, quis est non modo non recusandus, sed  
 non ulro appetendus, subeundus, excipiendus dolor?  
 A. Ita proliis existimo, quare ne si sane summum ma-  
 lum dolor: malum certe est. M. Videtne igitur, quan-  
 tum, breviter admonitus, de doloris terrore deieceris?  
 A. Video plane: sed plus desidero. M. Experiar equi-  
 dem: sed magna res est, animusque mihi opus est non repugnante.  
 A. Habebis id quidem. ut enim heri feci, sic nunc ratio-  
 nem, quo ea me cumque ducet, sequar. M. Primum i-  
 gitur de imbecillitate multorum, & de variis disciplinis  
 philosophorum loquar: quorum princeps & auctoritate,  
 & antiquitate Socraticus Aristippus non dubitavit sum-  
 mum malum dolorem dicere, 3 deinde ad hanc enervata-  
 m, pulchreque sententiam satis doctum se Epicu-  
 rus praeiit. hunc post Rhodius Hieronymus, dolore va-  
 care, summum bonum dixit: tantum in dolore duxit ma-  
 li. ceteri, praeter Zenonem, Aristonem, Pyrrhonem, 4 i-  
 dem fere quod modo tu: malum illud quidem, sed alia pe-  
 jora, ergo id, quod natura ipsa, & quaedam generosa virtus  
 statim respuit, 5 ne dolorem summum malum diceret, oppo-  
 sitoque dedecore, sententia depelleret, in eo magistra vita, phi-  
 losophia tot secula permanet. 6 quod huic officium, quae laus,  
 quod decus erit tanti quod adipisci cum dolore corporis  
 velit, qui dolorem summum malum sibi esse persuaserit?  
 7 quam porro quis ignominiam, quam turpitudinem non  
 pertulerit, ut effugiat dolorem, si id summum malum esse  
 decreverit? quis autem non miser non modo tunc, cum  
 premetur summis doloribus, si in his est summum ma-  
 lum, sed etiam cum scierit id sibi posse evenire? & quis est,  
 cui non possit? ita fit, ut omnino nemo esse possit beatus.  
 Metrodorus quidem eum perfecte putat beatum, cui corpus bene  
 constitutum sit, & exploratum ita semper fore, quis autem est  
 iste, cui id exploratum possit esse? Epicurus vero ead-  
 em locum, 8 sicutur sapiens, si vincatur: expectas fortasse  
 dum dicat, Partitur, perferet, non succumbet. Magna me-  
 hercule laus, & eo ipso, per quem iuravi, Hercule digna:  
 sed Epicuro homini aspero, & duro non est hoc taxis: in  
 Phalaridis tauro ferat, dicit. Quam suave est hoc? quam hoc non cu-  
 ro? Saave etiam? an parum est, si non amarum? at id  
 quidem illi ipsi, qui dolorem, malum esse negant, non

solent dicere, cuiquam suave esse cruciari, asperum, diffi-  
 cile, odiosum, contra naturam dicunt, nec tamen ma-  
 lum. Hic, qui solum hoc malum dicit, & malorum o-  
 mnium extremum, sapientem censet id suave dictum, ego  
 a te non postulo, ut dolorem eisdem verbis afficias,  
 quibus Epicurus voluptatem, homo, ut scia, voluptarius,  
 ille dixerit sane idem in Phalaridis tauro, quod, si esset in  
 lectulo. 9 ego tantam vim non tribuo sapienti contra do-  
 lorem, 10 sit fortis in perferendo, officio satis est: ut  
 tetur etiam, non postulo, tridit enim res est sine dubio,  
 aspera, amara, inimica naturae, ad patiendum, toleran-  
 dumque difficilia. Adspice Phalaridam: cui conceden-  
 dum est gementi, ipsam enim Herculem viderat in Oeta  
 11 magnitudine dolorum ejulantem: nihil igitur hunc  
 virum sagitta, quas ab Hercule acceperat, tum consolaban-  
 tur: 12 cum E vipera morsu bene viscerum, 13 Veneno imbu-  
 te terro cruciatus esset. itaque exclamat auxilium expetens,  
 14 mori cupiens:  
 15 Heu qui fasces sustulit mandet  
 Me ex sublimi verere saxi?  
 Jamjam absursum conficit animam  
 Vix vultum; ulcus astitit.  
 Difficile dictu videtur, cum non in malo esse: & magno  
 quidem qui ita clamare cogitur. Sed videamus Hercu-  
 lem ipsum, qui tum dolore frangebatur, cum immortalita-  
 tem ipsa morte quarebat, quas hic voces apud Sopho-  
 clem in Trachinis edit? cui cum Dejanira sanguine Cen-  
 tauri tinctum unicum induisset, inhaesissetque ea visceri-  
 bus, ait ille:  
 O multa didu gratia, perpassu aspera,  
 15 Qua corpore exanclato, atque animo parvulo,  
 Nec mihi Junonia terro implacabili,  
 Nec tantum innoxio tristis Eurystheus mali,  
 Quantum uno viceri Oene: partu edita,  
 Haec me irrevit veste furi ali infisum.  
 Qualateri inhaerens morsu lacerat viscera,  
 Urgensque graviter pulmonum hauris spiritus:  
 Jam nec dolorem sanguinem omnem exsoluit:  
 Sic corpus claud horribili absursum extabuit.  
 Ipse iugatus posse intermor tentis.  
 Hos non hostilu dextra, non terra edito  
 Moles gigantum, non bifurcato impetu  
 71 Centaurus istius corpori inficere mox,  
 Non Graea viri non barbaravulla immantatis  
 Non scia terro genu relegata ultima.  
 Quas peragrans undique omnia hinc feritatem expulso  
 18 Sed famina vi, fermina intermor manu,  
 O nate, vere hoc nomen usurpa patri,  
 19 Nec me occidendum matris superet caritas,  
 Heu atque ad me manibus abstractam pio,

1. Inque mandat his. Pal. sec. rec. ter. q. Pi. F. Vet. Vlt. mendat.  
 2. Sed non ulro appetendus. Lamb. sic placuit, firmantque Pit. quinq;  
 Pall. Fab. m. f. Soff. vulgo non accepserant.  
 3. Deinde ad hanc enervatam. Sic quatuor priores Pal. vet. quidam  
 praeterea cod. Fab. & Geoph. lib. vulg. deb. ne.  
 4. Idem fere, quod modo tu. V. Et idem fere. A. Quam deus M. Malum, ut  
 & quare. Pal. ceteri quatuor, quomodo tu quod & in Pit. & F. Vat.  
 5. Ne dolorem summum malum dixerit. 5. oppositumque dedecore sententia de-  
 pelleret. Pal. pr. quart. quint. Pit. Vat. decies, & deinde pr. septies amde-  
 pelleret. Vlt. repelleret.  
 6. Quid huic officium. Pal. sec. sed quae quid huic.  
 7. Quam porro quis ignominiam. Pall. pr. sec. quint. edere aquo quam.  
 8. Quis quidam illi ipso. V. & Pall. ter. ad id. quinq. atque.  
 9. Ego tantam vim non tribuo sapienti contra dolorem. Perv. cit. au-  
 ritas Lamb. ut sic edere, affeclam habens Man. Nep. & Pal. p. immanis  
 quo sapienti. Et causa.  
 10. Sit fortis in perferendo. Ita cod. Mur. & ex eo Lamb. in priore ed.  
 sic quoque in Pal. quint. at pr. sec. h. fortis. Lamb. tamen ipso maluit, h. p.  
 fortis. vulg. h. fortis in perf.  
 11. Magnitudine dolorum ejulantem. Gomb. Pall. ter. quart. h. in laudem.  
 h. infra lib. i. habent. 13. m. nec digno viro videtur, gemer, h. in laudem, h. p.

mentari. Et.  
 12. Cum, E vipera morsu. Fab. 51.  
 13. Veneno imbuta terro cruciatus esset. Ita quinq. Pall. Fab. Vario,  
 Schedz Longobardice vulg. erant.  
 14. Mor expens. Gul. scribi volebat cupiens mori notaque exilissis  
 verum Poetz, & ideo a Cleone molitum vulgatum tunc ut omnes  
 libri.  
 15. Heu qui fasces sustulit. Recte sic Viç. Pall. quart. quint. Fab. Pit.  
 quid vulgo cum fasces sustulit agantian desipiant meum non est cura-  
 re. Vae referendos quos recte.  
 16. Qua corpore exanclato. Ita Viç. cum omnibus libris nostris Lam-  
 b. tamen exanclato. ex abhor. lib. vet. probat etiam aliorum partem exan-  
 clata ut est in Vlt. partim exanclata. ut ve. tim. laeta, in sole Pal. tercio  
 super se erat scriptum. h. habentque exanclata Fab. & Pith. eod.  
 17. Cuiusmodi istae visceri inficere. Torn. mille inficere: sicque est  
 in Pal. pr. quod Lamb. fecerat.  
 18. Sed famina vi. Sic eleganter Viç. pr. tert. quint. Pall. at vulgo  
 vi. & a saturo interpolatum, quia erat in missiquibusdam vi.  
 19. Nec me occidendum. Ita vulgo & Turn. contra Viç. quinq. Pall.  
 Fab. Pit. non.

Jam

Jam cernam, meno, an illam potiorum pueri.  
 Perge, auda nata, illacryma patri pestibus;  
 Misere, gentes nostras stibunt miseria.  
 Huius virginalem meos ploraturo edere,  
 Quem vidit nemo illi ingemscere malo?  
 Sic formata virtus ossilia occidit.  
 Accedente, asiste, miserandum aspice.  
 Evisceratum corpus lacratum patri.  
 Videte cuncti, tuque caelestem sator,  
 Jace, obsecro, in me vim coruscato fulminis.  
 Nunc nunc dolorem amiseri torquent vertices;  
 Nunc serpit arbor. o ante victrices manus,  
 O postora, o terga, o lacertorum teri!  
 Vestrone pressu quondam Nemeas leo  
 Frondens ossilavit graviter extremum halitum?  
 Hac dextra Lernam totam molata excetra,  
 Placavit; haec bitperem affixit manum?  
 Erimanthiam hac vastificam abiecit ibelam;  
 Hac a Tartara tenebrica abstrahitum plaga  
 Tricipitem eduxit Hydra generatum lanem;  
 Hac interemti torquimultiplicabili  
 Draconem, a auristram obtutu observantem arboram.  
 Multa alia vitrix nostra lustravit manus,  
 Nec quinquam e nostris spolia cepit laudibus.

Postquam ne nos continere dolorem, cum ipsum Hercule-  
 lem tam intocierant dolere videamus? Veniat A-  
 schylus non poeta solum, sed etiam Pythagoreus sic enim  
 accepimus, quo modo fert apud eum Prometheus dolo-  
 rem, quem excipit ob furtum Lemnium, unde ignis luce-  
 rialibus clam d'visus? cum dolens Prometheus clepsisse dolo,  
 namque Jovi facti expensis supreme. Has igitur poenas pen-  
 dens, affixus ad Caucasum huc dicit:

Titanum scholes, sociamistri sanguinis,  
 Generata caelo, adspicite religatum asperis  
 Vinculumque saxo, nam vem ut horrisano fito  
 Noctemque paventes cum id aduclunt navata.  
 Saturnus me sic infixit Jupiter,  
 Jovis que nomen Mulibris aseris manus;  
 Hos ille cuneos fabrica crudeli inserens,  
 Perrupit artus: qua miser solerti  
 Titan verberatus, castrum hoc furiarum incole.  
 Jam tertio me quoque funesto die,  
 Tristi ad volatu, adunch lacratum unguibus  
 Jovis satellites passu dilantant fero,  
 Tum jecore optimo facta, & satiat affatim  
 Clangorem fucdit fastum, & sublimis advolans  
 Promata cauda nostrum adulas sanguinem.  
 Cum vero adestum inflatu renovatum est jecur,  
 Tum rursus raris avida se ad passus refert.  
 Sic hunc custodem mazsi cruciatus alo?  
 Qui nec peremni virum fudat miseria.  
 Namque, ut videtur, un tu constrictus Jovis,  
 Atque neque d'arato volucem a peccora.

Sic me ipse viduus pestis accipio anxias,  
 6 Amore mortu terminum anquirem malis.  
 7 Sed longe a leonum aspellor Jovis,  
 Atque hac vetusta sacis glomerata horridum,  
 Luctifica cladem nostro infixa est corpori  
 E quo liquata salu ardore euclidum  
 Guita, qua saxa aspidum instruant Caucafi.

Vix igitur posse videtur ita affectum non miserum dice-  
 re: & si hunc miserum, certe dolorem, malum. A. Tu  
 quidem adhuc meam causam agis, sed hoc mox videro.  
 interea unde isti versus? non enim agnosco. M. Dicam  
 hercle. etenim recte requiris. videsne abundare me otio?  
 A. Quid tum? M. Fuisi saepe, credo, cum Athenis es-  
 ses in scholis philosophorum. A. Verò, ac libenter qui-  
 dem. M. Animadvertebas igitur, etsi tum nemo erat  
 admodum copiosus, verumtamen versus ab his admiseri  
 orationi. A. Ac multos quidem à Dionysio Stoico.  
 M. Probè dicis. sed is quasi distata, 9 nullo dilectu, nul-  
 la elegantia, 10 Philo noster & proprium numerum 11 &  
 lecta poemata, & loco adungebat. Itaque postquam a-  
 damavi hanc quasi senilem declamationem, studiosè e-  
 quidem utor nostris poetis, sed, sicubi illi defecerunt  
 12 Verti enim multa de Græcis, ne quo ornamento in hoc  
 genere disputationis careret Latina oratio. Sed videsne,  
 poetæ quid mali afferant; lamentanteis inducunt fortissi-  
 mos viros: molliunt animos nostros: ita sunt deinde dul-  
 ces, ut non legantur modò, sed etiam ediscantur. sic ad  
 malam domesticam disciplinam, vitamque umbratilem, & delicia-  
 tam cum acceperunt etiam poeta, nervos omni virtutis elidunt. rectè  
 igitur à Platone educantur ex ea civitate, quam fixit ille,  
 cum mores optimos, & optimum reip. statum exquireret.  
 At verò nos, docti scilicet à Græcia hæc & 13 à pueritia le-  
 gitimus, & discimus: hanc eruditionem liberalem, & doctri-  
 nam putamus. Sed quid pueris irascimur? virtutis magistri  
 philosophi inveniunt, qui summum malum dolorem de-  
 cerent at tu adolefcens cum id tibi paulo antè dixisses vi-  
 deri, rogatus à me, etiam nemajus, quàm dedecus, verbo de-  
 sententis destitisti. 14 Rogo hoc idem Epicurum, majus di-  
 cet esse malum, mediocrem dolorem, quàm maximum de-  
 decus, in ipso enim dedecore mali nihil esse, nisi sequantur  
 dolores. quis igitur Epicurum sequitur dolor, cum hoc ip-  
 sum dicit, summum malum esse dolorem, quò dedecus  
 majus à philosopho nullum expecto? quare satis mihi de-  
 disti, cum respondisti, majus tibi videri malum, dedecus,  
 quàm dolorem. hoc ipsum enim si tenebris intelliges, quàm  
 sit oblitendum dolori. nec tam quarendum est, dolor, malum  
 sit, quàm firmandus animus ad dolorem ferendum. 15 Con-  
 cludunt ratiunculis Stoici, cur non sit malum: quasi de  
 verbo, non de re laboretur. Quid me decipis Zeno? nam  
 cum id, quod mihi horribile videtur, tu omnino malum  
 esse negas, capior, & scire cupo, quo modo id, quod ego  
 miserimum existimem, ne malum quidem sit. Nihil est,  
 inquit, malum, nisi quod turpe, atque vitiosum est. Ad inep-  
 tias

Cccc 3

1. Nunc nunc dolorem amiseri torquent vertices. Vicit ac Lamb præho  
 sunt quinque Pall. Fab. p. it. vulg. d'isem. Vlt. dilectum & auxferi.  
 2. Auriferam obtutu observantem arboram. Vicit cum Pall. tert. quart.  
 Fab. P. C. aff. v. anton. Vat. optatum ed'vramem a'ibem.  
 3. Veniat Aeschylus non poeta solum. Ita Vicit ita quinque Pall. Pith.  
 accedit in par. em. Fab. qui s'iam sed & Pith. vulg. v. anton.  
 4. Unde ignis luceat. P. it. quart. & P. it. elact.  
 5. Tum jecore optimo. Pall. quart. quint. Tum jecur: optimo facta.  
 6. Amore mortu terminum anquirem malis. Ita docet legendum in  
 Crepundio hanc & plures alios locos harum disputationum. Video  
 jam hic Vicit. didisse & sic omnino in Pall. tert. Pith. Vat. Vlt. Pal. verò  
 quart. acquirere vulg. inquirere.  
 7. Sed longe a leonum aspellor Jovis. Ita rectè Lamb. sic que in o-  
 mibus Pall. præter pr. V. & & ejus aspellor: ita viciore.  
 8. A veri ac libere ter quidem. S. eo mlt. Lamb. præponit fuit: sed ipse  
 postea rejicit. Sic Cicero Div. in l. i. c. 46. veri, mea paria, tibi cunctis meo

sedes. & alias frequenter. Vicit. omittit quidem.  
 9. Nullo dilectu. Rectè sic Lamb. sic quoque Pall. pr. tert. quart. Vat.  
 & liber Gryph. vulg. dilectum.  
 10. Philo noster & proprium numerum. Accommodavimus nos Lamb.  
 cum contineant Pall. pr. quint. Fab. nu. ppe. Pall. tert. Philo & proprium  
 noster, sic Philo ut am. proprium noster vulg. omittunt. T. noster.  
 11. Et lecta poemata. Probavimus hoc cum Lamb. afferentibus Pall.  
 pr. sec. quart. Fab. Gryph. liber est in Pal. tert. sata vulg. s'ista.  
 12. Verti enim multa de Græcis. Lectio hic hujus cultus V. & ed. quam  
 addit Pall. tert. quart. quint. sed reliqui duo erant pro vulg. ipse.  
 13. A pueritia legitimus & discimus. Conuenit cum Vicit Lamb. item  
 pol. tres priores. Vat. Fab. p. it. vulg. dilectum.  
 14. Rogo hoc idem Epicurum. Rectè sic Vicit. cum quinque pall. p. it. vulg.  
 Rega hoc.  
 15. Concludunt ratiunculis Stoici. Pall. sec. tert. quart. Fab. ratiunculis.  
 quemadmodum Vlt.

rijas redis. illud enim, quod me angebat, non eximis. scio dolorem non esse nequitiam. desine id me docere: hoc doce, doleam, necne doleam, nihil interesse. Numquam quidemquam, inquit, ad beatè quidem vivendum, quod est in una virtute positum: sed est tamen rejiciendum. Cur? Asperum est contra naturam, difficile per se, triste, durum: Hæc est copia verborum, quod omnes uno verbo malum appellamus, id tot modis posse dicere. desinis tu mihi, non tollis dolorem, cum dicas asperum, contra naturam, vix quod ferri, toleratque possit: nec mentiris: sed resucubere non oportebat, verbis gloriantem, dum nihil bonum, nisi quod honestum: nihil malum, nisi quod turpe. 1. Operare hoc quidem est, non docere. illud & melius, & verius: omnia, quæ natura, aspernatur, in malis esse: quæ aspicat, in bonis, hoc posito, & verborum concetratione sublata, tatum tamen excellit illud, quod rectè amplexatur isti, quod honestum, quod rectum, quod decorum appellamus; quod fidei interdum virtutis nomine amplectimur, ut omnia præterea quæ bona capitis, & fortuna putantur, 2. perexigua, & minuta videantur: 3. ne malum quidem ullum, 4. nec, si in unum locum collata omnia sunt, cum turpitudinis malo comparanda. Quare, si, ut initio concessisti, turpitudine pejus est, quam dolor: nam dum tibi turpe, nec dignum viro videbitur, genere ejulare, lamentari, frangi, debilitari, dolere, & tum honestas, tum dignitas, tum decus aderit: 5. tuque in ea intueberis, te continebis: cedit profecto viri tui dolor, & animi inductione languescet: antequam nulla virtus est, aut contemendus dolor, prudentiamne vis esse, sine qua ne intelligi quidem ulla virtus potest? 7. quid ergo ea? patienter te quidem facere nihil proficientem, & laborantem? an temperantia sinet te immoderatè facere quidquam? an eoli justitia potest ab homine propter vim doloris enantiante commissa, prodente conscio, multa officia relinquente? Quid? Fortitudini, comitibusque ejus, magnitudini animi, gravitati, patientiæ, ætatem humanam despicientiæ, quo modo respondebis. afflicta, & jacens, & lamentabili voce deplorans, audies, O virum fortem? 8. Te verò ita affectum ne virum quidem dixerit quisquam. amittenda igitur fortitudo est, aut sepelienda in dolor. 9. Equid scis igitur, si quid de Corinthiis tuis amiseris, posse habere te reliquam suppellestem salvam: virtutem autem si unam amiseris: estis a virtute non potest virtus: sed si unam confessus fueris te non habere, nullam te esse habituram? num igitur fortem virum, num magno animo, num patientem, num gravem,

10. num humana contemnentem potes dicere aut Philoctetato illum? A te enim malo discere. Sed ille certè non fortis: 11. qui jacet in lecto humido, qui Epulatur, quæsit, gemitur, fremitibus, Resonando, multum sibi vobis vociferis, non ego dolorem, dolorem esse nego: 12. cur enim fortitudo desideraretur? sed cum opprimi dico patientia, si modo est aliqua patientia: si nulla est quid exornamus philosophiam? aut quid ejus nomine gloriosi sumus? Pungit dolor. Vel sed ar sane, si nudus es, da jugulum, sin tectus Vulcanus armis, id est, fortitudine, rehte. hæc enim te, nisi ita facies, custos dignitatis, relinquet, & deseret. 13. Cretum quidem leges, quas sive Jupiter, sive Minos sanxit, de Jovis quidem sententia, ut poeta ferunt, itemque Lycurgi laboribus erudiunt juventutem, venando, currendo, cæsiendo, sitiendo, algendo, æstuando. Sparta verò pueri ad arm. sic verbis accipiuntur, 14. ut multus est viseribus sanguine exeat: nonnunquam eriam, ut, cum ibi essem, audiveram, ad necem: quorum non modò nemo exclamavit unquam, sed ne ingemuit quidem. Quid ergo? hoc pueri possunt, viri non poterunt? 15. & mos valet, ratio non valet? Interest aliquid inter laborem, & dolorem. sunt finitima omnino, 16. sed tamen differt aliquid. LABOR est functio quædam vel animi, vel corporis gravioris operis: & muneris: DOLOR autem, motus asper in corpore, alienus à sensibus. Hæc duo Græci illi, quorum copiosior est lingua quam nostræ, uno nomine appellant, itaque industrius homines, illi studiosos, vel potius amantes doloris appellant: nos cominodius laboriosos, aliud est enim laborare: aliud dolere. O verborum inopiam interdum, quibus abundare te semper putas, Græcia? aliud inquam, est dolere, aliud laborare, cum varices secabantur C. Mario: dolebat, cum aflu magno ducebas agmen: laborabat, est inter hæc tamen quædam similitudo, 17. consuetudo enim laborum perpersionem dolorum effici faciliorem. itaque illi, qui Græciæ formam rerum publicarum dederunt, corpora juvenum firmari laboribus voluerunt, quod Spartiæ etiam in feminas transfulerunt: quæ casere in viribus molitissimo cultu, parietum umbris occultantur. illi autem voluerunt: 18. nihil horum simile esse apud Lacanas virgines: quibus magis palastra, Eurotas, sol, pulvis, labor, militiam studio esse, quam fertilitas barbara, ergo his laboriosis exercitationibus & dolor intercurrit nonnunquam, 19. impelluntur, feriuntur, abiciuntur, cadunt: & ipse labor quasi calum quoddam ebducit dolori. Militiam verò nostram dico, non

1. Operare hoc quidem est, non docere. Conjecturam P. Fab. quam tantopere laudat Lamb. nulli non ven. est autem ea operare.  
 2. Perexigua & minuta. Non male Pall. pr. perexigua & perminuta.  
 3. Ne malum quidem ullum. Lamb. lectionem afferunt v. c. Pall. sec. æt. Var. q. art. vulg. nec malum quidem ull.  
 4. Nec si in unum locum collata omnia sunt. Vict. hæc est lectio, sed quæque est à quatuor Pall. prior. bus Fab. P. c. vulg. nec si unum in locum collata omnia sunt.  
 5. Tum honestas, tum dignitas. Ita Vict. ita Lamb. cum congrege Pall. tarbâ Fab. P. c. m. Soffr. Vac. Vir. vulgo om. et tunc tum honestas.  
 6. Tuque in ea intueberis. Assentiantur fere Pall. tres Lamb. ita legent: intueberis in ea intueberis: quippe pr. lec. empon. quart. sumque. Vatic. Vir. inque. n. ea intueberis.  
 7. Quid ergo ea? patienter te. Sic fere plures auctor. tate Vict. quing. Pall. vulg. quid ergo? ea patienter.  
 8. Te verò ita affectum ne virum quidem. Nescio quid in mentem fuerit Vict. ita exhibenti hunc locum: Te verò ita affectum ne virum quidem: virtuosè.  
 9. Equid scis igitur, si quid de Corinthiis tuis amiseris. Fab. P. c. si quem de Corinthiis. tabaud. & Gul. ita elisionem, aut scyphum.  
 10. Num humana contemnentem potes dicere aut Philoctetato illum? A te enim malo discere. Reduximus lectionem Vict. à mss. nostris plerisque confirmatam pr. tert. quart. quon. Fab. P. c. Vac. licet Lani. cum Man. assignatam Præterea aut Philoctetato illum. Ille enim, quàm te, malo dicitur, cum Gul. in suis à repex. sic conjectura ductus volebat ac. vulg. pr.

ter dicere aut Philoctetato illum? [quam te enim malo discere: sed illi certè non fortis.]  
 11. Qui jacet in lecto humido. Hanc lectionem ex mss. vindicavit Vict. Lamb. ego. iterum ex Pall. quatuor posterioribus Fab. P. c. Vac. s. lib. h. b. l.  
 12. Cur enim fortitudo desideraretur? Pall. quart. deservire.  
 13. Cretum quidem leges, quas sive Jupiter, sive Minos sanxit, de Jovis quidem sententia. Meo palato lapidus Pall. quart. & Vir. cretam quidem leges Minos sanxit: de Jovis quidem sententia: de Jovis quidem sententia: de Jovis quidem sententia.  
 14. Ut multus est viseribus sanguine exeat. Sic est in omnibus lib. alii tamen: ut multus est viseribus sanguine exeat. pro viseribus legit visceribus.  
 15. Et mos valet, ratio non valet. Vict. lectionem à Lamb. receptam in quinque Pall. Fab. P. c. Vac. reposuimus vulg. & quæque mea valet.  
 16. Sed tamen differt aliquid. Quod existat in ed. Vict. reperi quoque in quinque Pall. Vac. itaque admittendum duxi. vulg. differt aut.  
 17. Consuetudo enim laborum perpersionem dolorum effici faciliorem. Ita fere pl. in lib. Pall. quart. quint. Fab. vulg. efficiat.  
 18. Nihil horum simile esse apud Lacanas virgines, quibus dicitur. Clarissimus putean. indicavit Joseph. Scal. arbitratum, hæc fuisse veteris poetæ eujuspiam, atque ita d. gerenda: Nihil horum simile apud Lacanas virgines: Quis magis palastra staret, sol, pulvis, labor. Del. ita in studio æthydam fertilitas barbara.  
 19. Impelluntur, feriuntur, abiciuntur. Ita om. mss. Vict. tamen, feruntur.

non Spartiatarum, quorum procedit ad modum, ad tibiam, nec adhuc beturulla sine Anapæstis pedibus hortatio. Nostri exercitus primum unde nomen habeant, videtur: deinde qui labor, quantum agminis ferre plus dimidiati mensis cibaria: ferre, si quid ad usum velint: ferre vallum, nam scutum, gladium, galeam, in onere nostri milites non plus numerant, quam humeros, lacertos, manus. arma enim membramilitis esse dicunt, quæ quidem ita geruntur apte, ut, si foret visus, abjectis oneribus, expeditis armis, ut membris pugnare possint. Quid exercitatio legionum? quid ille cursus, concursus, clamor, quantum laboris est? ex hoc ille animus in præliis paratus ad vulnera: adduc pari animo in exercituum militem: mulier videbitur. cur? tantum interest inter novum, & veterem exercitum, quantum expetitum sumus. ætas titonum, plerumque melior: sed ferre laborem, contemnit vulnus, consuetudo docet. quin etiam videmus ex acie effertur sæpe faucibus, & quidem eadem illum, & in exercitum, quam vis levi ictu, ploratus turpissimos edere. at verò ille exercitatus, & vetus, ob eamque sem fortior, medicum modò requirens, à quo obligetur.

3 O Paroche, (inquit) ad vos adveniens auxilium, & vestras manus peto,

Præquam appeti visulam pestem, mandatam hostili manu: Necque sanguis ubi potui est, pado presens consistere, Si qua sapientia magis vestra devotus mori potest. Namque Aesculapii liberorum faucibus opplet porticus: Non potest accessu,

4 Certè Euripylus, hic quidem est. hominem exercitatum: ubi tantum luctus continuatur? vide, quam non fiebiliter respondeat: rationem etiam afferat, cur æquo animo sibi ferendum sit.

—qui alteri exitum parat,

Eum scire oportet sibi paratam pestem, ut paratissimus pareat.

Abducat Patroclus, credo, ut collocet in cubili, ut vulnus obliget, si quidem homo esset. sed nihil vidi minus. quærit enim, quid actum sit.

Eloquitur: res Argivum prælio ut se sustinet.

Non potest effari tantum dictis, quantum factis suppetit laboris.

Quis ita igitur, & vulnus alliga.

7 Etiam si Euripylus posset, non posset Aescopus.

—ubi fortuna Hælorum

Nostram aciem aciem inclinatam: ---

& cetera explicat in dolore, sicut enim intemperans militaris in forti viro gloria: ergo hæc veterans miles facere poterit: doctus vir, sapiens que non poterit? Ille verò melius, ac non paulo quidem. sed de consuetudine exercitationis loquor: nondum de ratione & sapientia. Anicula sæpe inedia biduum, aut triduum ferunt. subducibum unum diem athletæ: Jovem Olympium, eam

ipsum, cui se exercebit, implorabit: ferre non posse clamabit. Consuetudinis magna vis est. pernoctant venatores in nive: in montibus uri se patiuntur. unde pugiles cæcibus contuli, ne ingemiscunt quidem, sed quid hos, quibus Olympiorum victoria, consularis ille antiquus videtur? gladiatores, aut perditio homines, aut barbari, quas plagas perferunt? quomodo illi, qui bene instituti sunt, accipere plagam malunt, quam turpiter vitare? quam sæpe apparet nihil eos malle, quam vel domino satisfacere, vel populo? mittunt etiam vulneribus confecti ad dominos, qui quærant, quid velint; si satisfactum iis non sit se velle decumbere, quis mediocris gladiator ingemuit? quis verbum mutavit unquam? quis non modo stetit verum etiam decubuit turpiter? quis cum decubisset, ferrum recipere iussus, collum contraxit? tantum exercitatio, meditatio, consuetudo valet. ergo hoc poterit

Sambus, spiritus homo, vix illa digni loquitur:

vir natus ad gloriam, ullam partem animi tam mollem habebit, quam non meditatione, & ratione corroboret? crudele gladiatorum spectaculum, & inhumanum nonnullis videri solet: sed haud scio an ita sit, ut nunc sit. cum verò fontes ferro depugnabant, auribus fortasse multa, oculis quidem nulla poterat esse fortior contra dolorem: & mortem disciplina. De exercitatione, & consuetudine, & commentatione dixi. si ægis, nunc de ratione videamus: nisi quid vis ad hæc. A. Egone ut te interpellem? ne hoc quidem verum: ita me ad credendum tua ducit oratio, M. 12. Sitne igitur malum dolere, necne, Stoici viderint, qui contortulis quibusdam, ac minutis conclusunculis, 13. nec ad sensus permanentibus, effici volunt, non esse malum, dolorem. ego illud, quidquid sit, tantum esse, quantum videtur: non puto: falsa que ejus visio, & specie moveri homines dico vehementius, dolorem que ejus omnem esse tolerabilem. unde igitur ordiatur eadem breviter attingam, quæ modò dixi, quo facilius oratio progredi possit longius? Inter omnes igitur hoc constat, nec doctos homines solum, sed etiam indoctos, virorum esse fortium, & magnanimorum, & patientium, & humana vincuntium, toleranter dolorem pati: nec verò quisquam fuit, qui eum, qui ita pateretur, non laudandum putaret. quod ergo & postulat à fortibus, & laudatur, cum sit, id aut extimescere veniens, aut non ferre præsens, nonne turpe est? Atqui vide, ne, cum omnes recte animi affectiones, virtutes appellentur, non sit hoc proprium nomen omnium, 14. sed ab ea, quæ una ceteris excellebat, omnes nominata sint. 15. appellata est enim ex viro virtus: viri autem propria maxime est fortitudo, cujus munera duo sunt maxima, mortis, dolorisque contemptio. utendum est igitur his, si virtutis compotes, vel potius si viri volumus esse, quoniam à viris virtus nomen est mutuata. Quæres fortasse, quo modo: & recte. talem enim medicinam philosophia

Cccc 4 sophia

1. Quis ille exsue, cœnæ sue clamor. Ita Viç. Lamb. Vat. quinquæ pal. Pii. Vult. quid ille in suo clamor, quanti laboris est?  
2. Adhuc pari animo in exercitum militem. Ita vulg. & in Vat. sed in quinquæ pall. Viç. ed. i. adhar.  
3. O Paroche. Adhucimus Torn. I. IV. Advers. c. 18. Quam Paroche. pal. præter quart. quinq. Fab. Pii. 4. Paroche. Pall. sec. Vlr. Paroche.  
4. Certè Euripylus hic quidem est, hominem exercitatum. Pall. tres postiores cod. exercitum quem admodum in Vat. & Vlr.  
5. Vbi tantum luctus continuatur. Nihil potius decernere de hoc Ald. Eius. V. & pal. c. tantum luctus continuatur. Pal. præter tantum luctus continuatur quart. quinq. luctus continuatur Lamb. com. luctus affectus: quæ res verba tantum in luctu continuatur. Vat. hominem exercitum, ubi tantum luctus continuatur. Vlr. luctum continuatur.  
6. Sed ubi luctus nonne. Pall. quinquæ eum Fab. vidimus.  
7. Etiam Euripylus posset, non posset Aescopus. J. Quam lectionem in Mem. & Hor. invenit Lamb. ex latæ quoque in Viç. ed. & quart. or. pall. nam tunc plane Turn. est, ita legitur Advers. I. IV. c. 18. etiam Euripylus non posset, posset Aescopus.  
8. Sicut factum in non sit. S. Lamb. ex sententia Turn. cui accedit Pall. sec. si factum in factum non sit. tert. si factum in factum non sit. alii ex con-

jecturam factum factum sit. vulg. factum factum in sit. Vat. si factum hic actum sit.  
9. Collum contraxit. M. S. Soffr. d. contraxit.  
10. Et haud scio an ita sit ut non sit. pal. quart. Et adhuc nescio an ita sit ut non sit.  
11. Age si nunc de ratione videamus. pal. quart. ut in crepundis indicavi, Age si.  
12. Sitne igitur malum dolere. Istud pal. præter. superne quart. quinq. pal. imò ipse Viç. afferit. vulg. d. dolor.  
13. Nec ad sensus permanentibus. Præter hanc lectionem Crepundis jam reperit mihi in pal. quart. illustrat hunc locum ipse Tull. supra l. 1. c. 8. Lohertus ista quæst. hæc enim spiritus propria primum consistit. ne cognat, quam ne affectus coniecterem etiam permanentibus. quod jam editum video olim à Viç. vulg. nec ad sensus permanentibus. Fab. codex. æstusque perm.  
14. Sed ab ea, quæ una ceteris excellebat. Viç. sic edidit, sicque reperit in pall. quart. quinq. Vat. in ceteris quoque ut Fab. sic est excellebat. aliæque sed ab ea una, quæ ceteris excellebat.  
15. Appellata est enim ex viro virtus. Vulg. a viro. sed à nobis est Viç. quinquæ pall. Fab. Pii.

sophia profiretur. venit Epicurus, homo minimè malus, vel potius vir optimus: tantum monet, quantum intelligit: *Negligo, inquit, d'itrew* Quis hoc dicit? Idem, qui dolorem summum malum. vix satis constanter audiamus. *Si summum dolor est, inquit, necesse est brevem esse* Iteradum eadem isti mihi; non enim satis intelligo, quid summum dicas esse, qui breve. *Summum, quoniam nihil sit superius: breve, quoniam nihil brevius* Contemno magnitudinem doloris, à qua me brevitatis temporis vindicabit ante prænè, quam venerit. sed si est tantus dolor, quatuor Philoctetæ, benè planè magnus mihi quidem videtur, sed tamen non summus: nihil enim dolet, nisi pes, possunt oculi: potest caput, latera, pulmones: possunt omnia. Longe igitur abest à summo dolore. *Ergo, inquit, dolor dicturus habet latitiam plus, quam moleste*. Nunc ego non possum, tantum hominem, nihil sapere dicere, sed nos ab eo derideri putato. ego summum dolorem (summum autem dico, etiam si decem atomis est major alius) non continuè dico esse brevem: multosque possum bonos viros nominare, qui complureis annos doloribus podagræ crucientur maximis. sed homo cautus numquam terminat nec magnitudinis, nec diuturnitatis modum, ut sciat quid summum dicat in dolore, quid breve in tempore. Omittamus hunc igitur, nihil prioris dicentem: cogamusque conficere, non esse ab eo doloris remedia querenda, qui dolorem, malorum omnium maximum dixerit. quamvis idem forniculum se in torminibus, & in stranguria sua præbeat. aliunde igitur est querenda medicina, & maximè quidem, si, quid maxime consentaneum sit, querimus, ab iis, quibus, quod honestum sit, summum bonum, quod turpe, summum videtur malum. his tu præsentibus gemere. & te iactare non audebis profectò. loquitur enim eorum voce virtus ipsa tecum. Tunc cum pueros Lacedæmone, adolescentes Olympiæ, barbaros in arena videris excipientes gravissimas plagas, & ferentis silentio, si te fortè dolor aliquis pervellerit, exclamabis, ut mulier? non constanter, & sedatè feres? & ferri non potest: natura non patitur. Audio pueri ferunt, gloria ducti: ferunt pudore alii, multi metu: & & tamen veterum, ut hoc, quod à tam multis, & quod tot locis perferatur, natura non patitur? Illi verò non modo patitur, verum etiam postulat, nihil enim habet præstantius, nihil, quod magis expectas, quam honestum, quam laudem, quam dignitatem, quam decem. Hisce ego pluribus nominibus unam rem declarari volo, sed utar, ut quam maximè significem, pluribus voio autem dicere, illud homini longe optimum esse, quod ipsum sit optandum per se, à virtute profectum, vel in ipsa virtute situm, sua sponte laudabile: quod quidem citius dixerim solam, quam non summum bonum. Atque, ut hæc de honesto, sic de turpi contraria, nihil tam satrum, nihil tam asperandum, nihil homine indignius. quod si tibi persuasum est: principio enim dixisti, plus in dedecore mali tibi videri, quam in dolore: reliquam est, ut tute tibi imperes, quamquam

hoc nescio, quo modo dicatur, quasi duo simus, ut alter imperet, alter pareat: non inicitè tamen dicitur. 4 Est enim animus in partem tributus duas: quarum altera, rationis est particeps, altera expertus. cum igitur præcipitur, ut nobismetipsis imperemus, hoc præcipitur, ut ratio coereat temperatam. Est in animis omnium ferè natura molle quiddam, demissum, humile, & enervatum quodammodo & languidum, seivile. si nihil aliud: nihil esset homine deformius. sed præsto est domina omnium, & reginaria ratio, quæ connixa per se, & progressa longius sit perfecta virtus. hæc ut imperet illi parti animi, quæ obedire debet, id videndum est viro. quonam modo? inquit, velut dominus servo, veluti imperator militi, veluti parens filio. si turpissimè se illa pars animi geret, quam dixi esse mollem, si te lamentis muliebriter, lacrymisque dedit, vinciat? & constringatur amicorum, propinquorumque custodiis, saps enim videmus, fractos pudore, qui ratione nulla vincuntur: ergo hos quidem, ut famulos, & vinclis prope ac & custodia coereamus, qui autem erunt firmiores, nec tamen robustissimi, & hos admonitum oportebit, ut bonos milites, revocatos dignitatem tueri. non nimis in Niptris ille sapientissimus Græciæ saucius lamentatur, vel modicè potius:

*Pedeteurum (inquit) ite, & sedato nisu, ne successu arripat major dolor.*

Pacuvius hæc melius, quam Sophocles, apud illum enim perquam flebiliter Ulysses lamentatur in vulnere: tamen huic leviter gementi, illi ipsi, qui ferunt saucium, personæ gravitate inveniunt, non dubitant dicere:

*Tu quoque Ulysses, quamquam graviter tenuimus ictum, Nisi tu parce animo es molli, qui consuetus in armis ævum ageras*

Intelligit poeta prudens, ferendi doloris consuetudinem, esse non contemendam magnifram. Atque ille non immoderatè magno in dolore,

*Resinate, tenete, & opprimite, Uleus nudate heu miserum me, exerucior.*

Incipit labi: deinde illico desinit,

*Operite, abscedite, & jamjam mittite.*

*Nam arreclat, & quæso sanum amplifiscus dolorem.*

Videsne, ut obmutuerit non sedatus corporis, sed castigati animi dolor? itaque in extremis Niptris alios quoque objurgat, idque moriens,

*Conqueri fortunam adversam, non lamentari deces.*

*Id viri est officium: stectus muliebri ingenio addidit.*

Hujus animi pars illa mollior rationi sic parit, & se vero imperatori miles pudent. In quo viro erit perfecta sapientia (quem adhuc nos quidem videmus neminem: sed philosophorum sententia, qualis futurus sit, si modò aliquando fuerit, exponitur) is igitur, & si ea ratio, quæ erit in eo perfecta, atque absoluta, sic illi parti imperabit inferiori, ut justus parens probis filiis: nutu, quod volet, conficiet, nullo labore, nulla molestia: & eriget ipse se, susci-

1. Non enim satis intelligo. ] Auctoris adverbio satis ed. Viç. quinque pall. Fab. p. c.

2. Ferri non potest ] Viç. & quinque pall. Var. Vlr. ferri non potest.

3. Quod quidem citius dixerim solam, quam non summum bonum. ] Hæc est m. f. codd. etiam Lamb. (est, scriptura: quam etiam præferi Viç. ed. pal. quart. p. c. Var. Vlr. nuper Schot. in Nodis l. it. c. 13.)

4. Est enim maxime in parte vitæ dicitur. ] Ita Viç. Gryph. liber Væ. Vlr. pall. sec. tert. quart. quint. p. c. alias distribuitur.

5. Accertatum quodammodo & languidum, si nihil sit aliud, nihil. ] Maximus pendere à Viç. quam aliorum conjecturas & ludibris obediens præferim ita jubentibus pal. quæ turpi oribus valg. certatum quodammodo & languidum si n. h. l. i. f. f. e. d. i. d. u. i. l. i. e. s. t. e. r. e.

6. Quæcunq; præstet & progressa longius. ] Ed. Viç. cum quinque pall. Fab. p. c. exhibet omnia ut & Var. Vlr.

7. Vincit prope ac custodia. ] Ita Viç. editio pall. p. c. tert. quart. quint. ut vulg. deest p. p. p.

8. Custodia coereamus. ] pal. quart. Var. membranz Toletanz. ut notat Schot. l. 2. c. 13. Nod. carebant T. coereamus. Meo animo p. g. n. f. i. n. e. d. e. f. f. e. t.

9. Hæc admodum ignobilis, ut honor militis videtur, ac dignitatem. ] Delevi ex m. f. pall. quart. quint. p. c. Var. post admodum T. f. n. u. i. l. i. u. t. s. u. p. e. r. v. a. c. u. u. m.

10. Operite Uleus ipse opprimite. ] unde Gul. legebat opprimite, h. e. n.

11. Jamjam mittite. ] Muret hæc lectio à Viç. pall. f. c. i. t. e. r. t. q. u. a. r. t. quint. Fab. p. c. in editis dimittit.

12. Desidero imitari inter pudens. ] Cuius hœresis videndum sit quæritur disputavit in Crepundio. Rationem inde petantur, sic ed. cum aliis annotavit Goul. f. e. r. a. t. a. m. a. n. u. p. r. i. m. a. p. a. l. l. e. r. a. d. a. p. i. e. s. in Fab. Var. vulg. prudens.

13. In caritate quærit. ] Editionem Viç. præc. v. l. i. m. e. s. v. u. l. g. f. i. c. e. r. e. s. i. e. q. u.æ tamen omnino discrepant in Fab. pall. quart. raris f. v. e. r. a. q. u.æ erit.

14. Eriget ipse se suscipiat. ] Sic est in Viç. ed. pall. tribus prioribus Fab. Var. vulg. suscipiat.



fufcitabitur, inſtruet, armabit, ut tanquam hoſti ſic obſiſtat dolori, quæ ſunt iſta arma? contentio, confirmatio, ſermoque intimus, cum ipſe ſecum. *Cave ſemper quidquam, languidum, non virile obvertitur ſpecies honeſtæ animo: Zenon proponatur Eleates, qui perpeſſus eſt omnia potius, quam conficiis delenda tyrannidis indicaret, de Anaxarcho Democritio cogitur, 2 qui cum Cypri in manus Nicocreonis regis incidiffet, nullum genus ſupplicii deprecatus eſt, neque recuſa vit. Calanus Indus, indoctus, ac barbarus, in radicibus Caucaſi natus ſua voluntate vivus combuſtus eſt, nos, ſi pes conſoluit, ſi dens, 2 ſed fac totum dolere corpus, ferre non poſſumus. opinio eſt enim quædam effaminata, ac levis, nec in dolore magis, quam eadem in voluptate: quæ cum liqueſcit, ſuimur; in illius apicibus acule. ſine clamore ferre non poſſumus. At verò C. Marius, ruſticanus vir, ſed plane vir, cum ſecaretur, ut ſuprà dixi, principio vetuit ſe alligari; nec quiſquam ante Marium ſolutus dicitur eſſe ſectus. cur ergo poſtea alii? valuit auſtoritas videtur igitur opinio: eſſe non naturæ malum? & tamen fuiſſe ſerem morſum doloris, idem Marius oſtendit. crus enim alterum non præbit, ita & tuſit dolore & ut vir, & ut homo, majorem ferre ſine cauſa neceſſaria noluit totum igitur in eo eſt, ut tibi imperes, oſtendi autem, quod eſſet imperandi genus, atque hæc cogitatio, quod patientia, quid fortitudine, 3 quid magnitudine animi digniſimum ſit, non ſolum animum comprimit, ſed ipſum etiam dolorem neſcio quo pacto mitiorem facit ut enim ſit in proelio, ut ignavus miles, ac timidus, ſimul ac viderit hoſtem, abſepto ſeuto fugiat, quantum poſſit, ob eamque cauſam periret nonnumquam, etiam integro corpore, cum ei, qui iterit, nihil tale venerit: ſic, qui doloris ſpeciem ferre non poſſunt, abiciunt ſe, atque ita afflicti, & exanimati jacet: qui autem reſiſterunt, diſcedunt ſapientiſſimè ſuperiores: ſunt enim quædam animi ſimilitudines cum corpore: ut onera contentis corporibus facilius feruntur, remiſſis opprimunt: ſimiliſimè animus intentione ſua deſerit preſſum quoniam ponderum, remiſſione autem ſe urgeat, ut ſe nequeat extollere. Et, ſi verum quærimus, in omnibus officiis perſequentis animi eſt adhibenda contentio: ea eſt ſola officii tanquam cuſtodia, 4 ſed hoc quidem in dolore maxime eſt providendum, ne quid abſepto, ne quid timide, ne quid ignave, ne quid ſerviliter, muliebritateve faciamus: in primis que refutetur, ac rejiciatur Philoſophorum ille clamor, ingemiſſe: ne nonnumquam viro conſeſſum eſt, idque raro: ejulatus ne mulierum quidem, & nec miſerum eſt fleus, quem duodecim tabulæ in funibus adhiberi vetuerunt, nec verò umquam ne ingemiſſe quidem vitæ fortis, ac ſapientis, niſi forte ut ſe intendat ad ſuſcitatem, ut in ſtadio curſores exclamant quæ maxime poſſunt, faciunt idem, cum exercentur athletæ. pugiles verò, etiam cum feriunt adverſarium, in jactandis ceſſibus ingemiſſunt: non quod doleant, animo ve ſuccumbant ſed quia profundè voce omne corpus intenditur, venit; plaga vehementior, quid? qui voluit exclamare majus, num ſatis habent lætera, fauceſ linguam intendere, 5 & quibus elici vo. em, & fundi videmus: toto corpore, atque omnibus unguibus, ut dicitur, contentioni vocis aſſervium genu mehercule M. Antonium vidi, cum contentè pro ſe ipſe lege Varræ diceret, terra mægæte, ut enim balidæ lapidum, & reliqua tormenta telorum,*

eo gravioreſ epiſſiones habent: quo ſunt contenti, atque adducta vehementiùs: ſic vox, ſic curſus, ſic plaga, hoc gravioreſ, quo eſt miſſa contentiùs, cujus contentioni cum tanta vis ſit, ſi gemitus in dolore ad confirmandum animum valebit, utemur. 6 ſin erit ille gemitus elementabilis, ſi imbecillus, ſi abſectus, ſi flebilis: ei qui ſe dedit, vix eum virum dixerim, qui quidem gemitus ſi levatione aliquid afferret, tamen videremus, quid eſſet fortis, & animoſi viri, cum verò nihil imminuat doloris, cur fruſtra turpes eſſe volumus? quæ eſt enim ſeræ muliebris viro turpius: atque hoc præceptum, quod de dolore datur, patet latius, omnibus enim rebus, non ſolum dolori, ſimili contentione animi reſiſtendum eſt, ita exardeſcit: libido concitatur, in eandem ærem conſugiendum eſt: eadem ſunt arma ſumenda, ſed quoniam de dolore loquimur, illa omittamus, ad ferendum igitur dolorem placidè & ſedatè, plurimum proficit toto pectore, ut dicitur, cogitare, quam id honeſtum ſit, ſumus enim natura, ut ante dixi (dicendum eſt enim ſapienter) ſtudioſiſſimi, appetentiſſimique honeſtatis, cujus ſi quaſi lumen aliquid adſpexerimus, nihil eſt, quod, ut eo potiùs, non parati ſumus & ferre, & perpeti, ex hoc curſu, atque impetu animorum ad veram laudem, atque honeſtatè, illa pericula adentur in proeliis, non ſentunt viri fortes in acie vulneta, vel ſentiant, ſed mori malunt, quàm tantum modo de dignitatis gradu demoveri, fulgentis gladios hoſtium videbant Decii, cum in aciem eorum irruerant. his levabas omnem vulneta metum nobilitatis mortis, & gloria, num tum ingemiſſe Epaminondam putas, cum una cum ſanguine vitam eſſe effluere ſentiret? imperantem enim patriam Lacedæmonis relinquebat, quam acceperat ſervientem, hæc ſunt ſolatia, hæc fomenta ſummorum dolorum. Dices, quid in pace? quid domi? quid in ſectulo? ad philoſophos me revocas, qui in aciem non ſæpe prodeunt, è quibus homo ſanè levis Heracleotes Dionyſius, cum à Zenone fortis eſſe didiciſſet, à dolore deductus eſt, nam cum ex renibus laboraret ipſo in ejulatu clamitabat, falſa eſt illa, quæ antea de dolore ipſe ſenſiſſet, quem cum Cleanthes condiciſcipulus rogaret, quænam ratio eum de ſententia deduxiſſet, reſpondit, Quia, 7 cum tantum opera philoſophia dediciſſem, dolorem tamen ferre non poſſem: ſatis eſſet argumenti, malum eſſe dolorem, plurimos autem annos in philoſophia conſuſi, nec ferre poſſum: malum eſt igitur dolor. Tum Cleanthem, cum pede terram percuffiſſet, 8 verſum ex Epigonis ferant dixiſſe: Audis hæc Amphoræ ſub terram abſepto? Zenonem ſignificabas: à quo illum degenerare volebat, Az non noſter Poſidonius: quem & ipſe ſæpe vidi, & id dicam, quod ſolebat narrare Pompejus: ſe, cum Rhodum veniſſet decedens ex Syria, audire voluiſſe Poſidonium: ſed cum audiviſſet, eum graviter eſſe ægrum, quod vehementer ejus artus laborarent, voluiſſe tamen nobiliſſimum philoſophum viſere: quem ut vidiſſet, & ſalutaviſſet, honorificis que verbis proſecutus eſſet, moleſteque ſe dixiſſet ferre, quod eum non poſſet audire, at ille, Tu verò, inquit, potes: nec conſtans, ut dolor corporis efficiat ut fruſtra tantum vis ad me veneris. Itaque narrabat, eum graviter, & copioſe de hoc ipſo, nihil eſſe bonum, niſi quod honeſtum eſſet, cubantem diſputaviſſe: cum que quaſi facegi doloris admoverentur, ſæpe dixiſſe, Nihil agis dolor: quantum ſi moleſtus, numquam te eſſe conſtabor malum. Omni-

Cccc 5

noque

1. Epimem Cypri in manus Nicocreonis. Ita V. G. G. cum omnibus ferre notitia miſſi, ſed illi tamen germano conſenſu Nicocreonis, ut & Pith. vulgo quæ eum in manus Cyprii &c.  
2. Sed hoc tantum dolore corpus. Epimem 2 eſt dicitur hoc Pal. ſi ſaltem dicitur corpus. Vae. c. ſed ſe, totum corpus, elegantius.  
3. Quod magnitudinis animi digniſimum ſit. Adhæronthane ſe Zenonem V. G. edit. reliquæque, quæque Pall. Fab.  
4. Sed hoc quidem dolore maxime eſt providendum. Quæque Pal. prior, ſed hoc idem, pu. o. me indicat ſon ceperat di. 2.  
5. Et quæ hæc eſt hæc eſt fundi videmus. S. e. eſt in omnibus miſſi. tam notitiam Goleim, denique editione Victoriæ reliquæque. Lambi-

nos ex duobus, ut ante miſſi, è quibus ipſe dicitur: quæ etiam, quod Latinè eſſe eſt & miſere & fundere ſeem: hoc Græci dicunt, à Πίσις & Φωφίη, ſed quid hæc novitate opus?

6. Si verè ille gemitus elementabilis. Extra controverſiam hæc eſt huius loci vera lectio in vet. cod. eſt, elementabilis, ſolentis mutari: one e. in e. in Pal. tercio elementabilis, ſed in quart. & Fabr. elementabilis, vulgo lamentabilis.

7. Cum tantum opera Philoſophia dediciſſem. Pal. cert. ſentire, quæque, tante opere, re. c. c.

8. Verſum ex Epigonis ferant dixiſſe. Pal. primus, Epigonis, reliquæ quart. Epigonis, ut & Fabr. Pith. Vati.

noque omnes clari, & nobilitati labores contemnendo  
sunt etiam tolerabiles. Videmusne apud quos eorum lu-  
dorum, qui Gymnici nominantur, magnus honos sit, nul-  
lum ab illis, qui in id certamen descendant, devitari dolo-  
rem? apud quos autem venandi, & equitandi laus viget,  
qui hanc petessant, nullum fugiunt dolorem. Quid de no-  
stris ambitionibus, quid de cupiditate honorum loquar?  
quæ flamma est, per quam non cucurterint illi, qui hæc olim  
punctis singulis colligebant, itaque semper Africanus So-  
craticum Xenophontem in manibus habebat: cuius in pri-  
mis laudabat illud, quod diceret, *eisdem labores non esse æque  
graves imperatori, & militi, quod & ipse hunc laborem levem  
faceret imperatorum.* sed tamen hoc event, ut in vulgus insi-  
pientium opinio valeat honestatis, cum ipsam videre non  
possint, itaque fama & multitudinis iudicio moventur, cum  
id honestum putent, quod à plerisque laudatur. Te autem, si in o-  
culis sis multitudinis, tamen ejus iudicio stare nolim,  
& nec, quod illa putet, idem putare pulcherrimum, tu o tibi  
iudicio est utendum: 3 tibi si recta probanti placebis, tum  
non modò tu te viceris, quod paulo ante præcipiebam, sed  
omnes, & omnia. Hoc igitur tibi propono: 4. amplitudi-  
nem animi & quasi quandam exaggerationem quam Aristis-  
simam animi, quæ maxime emingit contemnendis, & de-  
spiciendis doloribus: unam esse omnium rem pulcherrimam,  
eoque pulchriorem, si vacet populo, neque plausum  
captans, se tantum ipsa delectet, quinetiam mihi quidem  
laudabiliora videntur omnia, quæ sine venditione, & sine populo  
esse sicut: non quo fugiendus sit (omnia enim beneficia in  
luce se collocari volunt) sed tamen nullum theatrum virtuti con-  
scientiam magis est. Atque in primis meditemur illud, ut hæc  
patientia dolorum, quam sæpe jam animi intentione dixi  
esse firmandam, in omni genere se æquabilem præbeat, sæ-  
pe enim multi, qui aut propter victoriæ cupiditatem, aut  
propter gloriæ, aut etiam ut jus suum, & libertatem tene-  
rent, vulnera exceperunt fortiter, & tulerunt, iidem omif-

sa contentione dolorem morbi ferre non possunt, neque  
enim illum, quem facile tulerant, ratione, aut sapientia tu-  
lerant, sed studio potius, ut gloria, itaque & barbari qui-  
dam, & immanes, ferre deceat acerrimè possunt. agio-  
tate viri iter non queunt. Græci autem homines non satis  
animosi, prudentes, ut est capius hominum, satis, & hostem  
adspicere non possunt, eidem morbo: tolerantiter atque hu-  
mane ferunt; At Cimbræ, & Celtiberi in præliis exultant,  
lamentantur in morbo: *nihil enim potest esse æquabile,  
quod non à certa ratione proficiatur.* 7 sed cum videas, eos, qui  
aut studio, aut opinione ducantur, in eo persequendo, ar-  
que ad patiendo dolore non frangi: debeas exultare aut  
non esse malum, dolorem aut, etiam illi, quid quid aspectum,  
alienumque natura sit, id appellari placeat malum, tantu-  
lum tamen esse, ut a virtute ita obruat, ut nequam appareat,  
quæ meditare, quæ solò, dies, & nocteis, latius enim manabit  
hæc ratio, & aliquanto majorem locum, quam de uno do-  
lore, occupabit, nam si omnia fugiendæ turpitudinis, ad-  
ipiscendæque honestatis causa faciemus, non modò stimu-  
los doloris sed etiam fulmina fortunæ contemnamus lice-  
bit, præsertim cum paratum sit illud ex hesternâ disputa-  
tione peritium; 8 ut enim sicuti naviganti, prædones in-  
sequantur, deus quis dixerit, *Ejice te navi: pressio est qui exci-  
piat:* vel delphinus, ut Arionem Methymnæum, vel equi  
Pelopis illi Neptunii, qui per undas cæcis suspensos rapu-  
isse dicuntur, excipientes, & quod velis perferent: omnem  
omittat timorem: sic urgentibus asperis & odiosis dolori-  
bus, 9 si tanti non sint, ut ferendi sint, quo sit confugien-  
dum, vides hæc ferè hoc tempore putavi esse dicenda, sed  
tu fortasse in sententia permanes. a. Minime verò: meque  
bido duarum rerum, quas maxime timebam, spero liber-  
ratum metu. m. Cætas ergo ad clepsydram. 10 sic enim dixi-  
mus. 11 & tibi hoc video non posse deberi. a. Ita pro-  
fus & illud quidem ante meridiem, hoc eodem tempore.  
m. Sic faciemus, tuisque optimis studiis obsequemur.

M. TVL-

1. Ipse hunc laborem levem faceret imperatorum. Ita Victor. Pall.  
recte. quine Fabr. Pith. mihi tamen magis placeat quartæ scriptura, *levem  
faceret imperatori.* vulgò, *imperatori.*  
2. Nec, quod illa putet, idem putare pulcherrimum. Ita Lambinus, quem  
tenentur quinque Pall. Fabr. ablegantes ræ te, ante putare.  
3. Tibi si recta probanti placebis. ER à Victorio, & quatuor prioribus  
Pal. Vatic. Fabr. Pith. alias ræ te.  
4. Amplitudinem animi. Hoc etiam loco & post ræ te alijssimam, in-  
ferunt Victor. quinque Pall.  
5. Barbari quidam immanes. Pith. *Barbaria immanes.*  
6. Satis hystem adspicere non possunt, eidem morbo. Lambinus sic rectè  
edidit cui ferè quatuor Pal. adleniantur: nam solum quartus & in-  
dit morbo, vulgò possunt, sed eidem morbo.  
7. Sed cum ræ dicitur, qui aut studio aut opinione ducantur. Vaticanus  
pudet: vides quo quis aut studio aut opinione ducatur. omnino melius.

8. Ut enim sicuti naviganti prædones insequantur, deus quis dixerit, ejice  
te navi. Sic ferè est in quinque Pall. Var. cano; nam paulum divertit  
ferrius, sed or nostram stabilita ita: *insequantur, demque quis dix.* cetero-  
rum tres Pall. priores Pith. Var. pro quo, qui. Pal. q. arcos ræ. Deus o-  
mittit vulg. ut enim si cui naviganti, quem prædones insequantur, Deus quis  
dixerit, ejice te de navi.  
9. Si tanti non sint, ut ferendi sint. Nihil mutant Mss. et Vi-  
ctorius, Palat. quartus, si tanti sunt ut ferendi sint. Lambin. si tanti  
sint, ut ferendi non sint, sic temetip mutavit, non expena lectio-  
nis vulgæ acrimoniâ. Melius Guhelin. si tanti non sint, sed ex con-  
jecturâ.  
10. Sic enim diximus. Pal. quart. Fabr. Vatic. diximus.  
11. Ex tibi hoc video non posse deberi. Prævaluit apud me auctoritas  
Turnebi libro 19. cap. 18. Advers. sic emendans. Alias; sed tibi hoc  
vide.